


R I S P O S T A
D E L V I G O .



CAPASSI, socium meorum ocellus,
 Tu emunctus, gravis, integer, severus
 Me adscribis bene laudibus faventer
 Amplis undique Principum Virorum,
 Quis sane fuerit decus supremum,
 Ut Tu concilies perenne nomen;
 Dives qui omnigenae eruditionis,
 Felix ingenio, rotundus ore,
 Adstricto es celebris stylo, & soluto.
 Acri judicio benignitatem
 Praevertis, studio probati amici;
 Non ille ut videare non amicis
 Emunctus, gravis, integer, severus.

